Nanni, Giovanni : De futuris christianorum triumphis in Saracenos

Nürnberg: [Peter Wagner], [ca. 1485] 



Gotfridi vt quidã exponũt. Ratio est. q2 homo purus nõ est
verbũ dei. Sed capitaneus hui⁹ milicie est verbũ dei. vt dicit
in littera. Unde nõ potest intelligi de Baldwino. Hic bene di
cit. q̧ nõ intelligit̃ de Baldwino. Non tñ ratio dicta cõuincit
q2 licet hoĩes nõ dicant̃ in scriptura deus et verbũ essenciali-
ter. dicunt̃ tñ nuncupatiue in quantũ sunt deputati ad opera
diuina. Unde exodi vij. capitulo. dixit deus ad moysen. Ego
dedi te deũ pharaoni. Et silr̃ in hoc capitulo. Princeps futu
re hui⁹ victorie magne dicit̃ verbũ dei. et rex regũ nũcupati-
ue. q2 deputabit̃ ad opus verbũ dei. et restitutionẽ manarchie
ipsius. et in isto relucebit efficatius hoc opus q̃ in p̃cedẽtib9
principib9. Ratio vero que cõuincit. q̧ nõ intelligat̃ de Bal
duino est. q2 vt ipse post dicit omẽs illi fuerũt ante vltimã pla-
gam europe. Hec aũt sunt futura post vltimã plagam et pri-
mas victorias. Secũdo notandũ est. quod diximus sup capitu
lo xxxiiij. et lxiij. Ysaie. De mente catholicorũ et hebreorũ.
Quia illa duo capitula et si mistice et allegorice possunt ali-
ter exponi. tñ ad litterã nõ intelligunt̃ nisi de cede maxima sa
recenorũ fienda in arabia. De qua loquit̃ capitulũ xxxiiij. di-
cens. Victima em̃ dñi in bosra. et interfectio magna in terra
edom. Et q2 sanguis eorũ asperget vestimẽta christianoꝝ et
principis nr̃i. ideo in lxiij. capitulo ait. Quis est iste qui venit
de edom tinctis vestibus de bosra. Hec em̃ nõ possunt ad lit-
terã intelligi de alia re q̃ futuro messie triũpho. vt diffuse atq3
clarissime scripsim⁹ in exposicõe nr̃a magna sup Ysaiam pro-
phetam. quã appellam⁹ sensum lr̃alem viterbiẽsem. secuti do-
ctores hebreos. et q̃ plurimos catholicos. Et hanc cedem at
q3 victoriã scũs euãgelista describit atq3 p̃dicit in caplo isto.
in quo facit duo. q2 in prima parte capli ponit vnionẽ futurã
omniũ ecclia[rum] mũdi sub romano pontifice. Secũdo exprimit
triũphus maxim⁹ ecclie vnite. qui fiet cũ maxima saracenoꝝ
cede in bosra ibi. Et vidi celũ apertum. In prima capli parte



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-300/0053

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG